3126 8

Patrie Statuendi, Vel in eventum mortis Successorum Illius ad
exequendas praemissas tempore et loco superius expressis ad
solvend Succumbendo. quo quidem Vadio, modo praemisso
ad solvendum Succubito, ac pie ipsa principali ex praemissis
non completa complenda, Itaq ex nunc mutuus Recognt.
Nobilis Joannes Lipecki, suie eius Successores, ad instam
praefati Ntis Danielis Tureski, vel eius posterorum, ad
Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc
recessu supto, quo ad respondendum spectat mediante
semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio
stare, Juri parere, rendere, Vadium praefatum luere, Instanti
tunc Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
seq ac suos Successores ad ea q omnia inscribit et obligat
praesentibus, illum Terminum primum peremptorium Vti et alios
omnes exinde consequentes Causae eius Terminos semper
peremptorios Vera Infirmitate, praemaeon, Minorennitate
Successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servitio
militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad
Quietationem praeterea Vltra proximos Officij praefati Castrensis
Capitanealis Premisliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo,
nullasq Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones
faciendo, ac praemissa omnia pariis simplicibus vel
triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalijs Juris
ceterone Terri, bello, Conventioneq, ac alijs omnibus Juris
remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis
evadendo. Haec sua praesenti personali recognitione ad praefata acta indi[...]

Lipeckie Coniuges Turec-ckiego Quietant

8 3127 604 603

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrens. Capnealibus Premysliens. Nobiles Basilius Lipecki, et Theodora Lutoslawska Conjuges legitimi. Sani mentibus et Corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrens. Capneali Premysliens. Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit. Quia ipsi, Ipsaque Consortis cum scitu Mariti sui Viri Tutoris conjugalis personaliter astantis et utrique ad infrascripta recognoscenda consensu, suo et Nobilis Samuelis Lipecki Filij sui, pro cujus ratihabitione cavet, ac se praesentibus inscribunt nomine, Nobilem Danielem Turecki eiusque posteros, de Causa et Actione Judiciaria infrascripta parte Recognitis, eidem Nobili Danieli Turecki ad Officium praesens Castrens. Capneale Premysliens. Ratione per ipsos cum alijs inculpatis in processu Causae specificatis, tempore certo in protestatione eo nomine facta specificato, sui Recognoscentis modo violento cum armis et inarmis insequutionis, Porci saginati valoris floren. Viginti circa Violentam circuitionem Fundi sui Recognoscentis, ex bombarda longiori, globo plumbeo occisionis, Consortis dishonorationis, familiae Curialis fugationis, rerumque in processu Causae specificatarum receptionis, damnorum perplurimorum illationis, processu Causae et protestatione ipsa comissa fusiusque obloquentis; necnon de ipsa poena Bannitionis perpetuae eiusque publicatione, ab ipsis itaque praemissis omnibus plenariam et sufficientem satisfactionem quietant, emittunt, dimittunt liberumque

et absolutum perpetuo quietant. Causam eandem et Actionem iudiciariam, praestationem, et ipsam poenam Bannitionis perpetuae, cum eius publicatione cassat, mortificat et anni=hilat praesentibus, sibi, suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium. Qua nihilominus eadem Causa et Actione iudiciaria quoad personas aliorum Inculpatorum in processu Causae specificatorum, sibi Recognoscenti in toto et pleno robore reservata. Haec sua praesenti personali Recognitione praemissa omnia et singula mediante.

12/VIII

Feria tertia post Festum Sancti Laurentij Leuitae et Martyris proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Baranieckie Coniuges sibi mutuam Aduitalitatem inscribunt

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobiles Stephanus Baraniecki ab una, et Martha Frembowna partibus ab altera, Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter, ac plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac verbo expressum recognouerunt et